

I X.

Confirmatio privilegiorum Prioratus sancte Marie de Campo in Pago Rufcinonensi.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Poncio Priori Ecclesie sancte Marie de Campo, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonicè substituendis in perpetuum.

Effectum justa postulantis indulgere juris ratio exigit, & vigor postulat æquitatis, maximè cum petentium voluntates & pietas adjuvat & veritas. Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris justis postulacionibus clementer annuimus, & prefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostre protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; In primis siquidem statuente, ut Ordo Canonicus, qui secundum Deum & beati Augustini regulam in eadem Ecclesia noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur; Preterea quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alii justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam de vinctis, quæ consistit in Parrochia Ecclesie de Paciano, cum alodiis & pertinentiis suis; Ecclesiam sancti Martini de Laurone, Ecclesiam sancte Marie de Villare Millariis, sicut prefatus Episcopus vobis eas concessit, Ecclesiam sancte Marie de Villare cum decimis primitiis alodiis & oblationibus suis, sicut bonæ memoriæ Petrus Bernardi Elenensis Episcopus vobis justè concessit, excepto synodali censu, quem Elenensis Ecclesie reservavit: quicquid etiam Ermengaudus, & Petrus Bernardi bonæ memoriæ, quondam Elenenses Episcopi, pietatis intuitu eidem Ecclesie vestre rationabiliter contulerunt. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullas a vobis decimas præsumat exigere. Adjicimus etiam, ut nulli fratrum vestrorum liceat post factam in eodem loco professionem absque Prioris sui licentia de claustris discedere; discedentem verò absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Prohibemus autem, ut parochianos Ecclesie vestre, salvâ canonicâ justitiâ Ecclesie vestre in sepultura recipere nemo præsumat. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Priore, vel tuorum quolibet successorum, nulli sibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars concilii sanioris, de vestro vel aliorum Collegio, secundum Dei timorem & B. Augustini regulam providerint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum

Ex Archiepiscopi Prioratus edicti Balucius in Appendice Marc. Hispan. numer. ccccxxxviii.

Exordium.

Canonium Ordinem in hoc Prioratu servari mandans.

Bona omnia ei confirmat.

Exemptio a solutione decimarum.

De obedientia Priori præstanda.

De Prioris electione per Fratres faciendâ.

Exordium.

Inhibicio, ne de novalibus aliqua exigatur decima.

Abbas ele. Gio Monachis asseritur.

Solite conclusiones.

Dat. die 9. Januarii anno Dom. 1163. Pont. ann. IV.

Dat. Turonis, per manum Hermanni sancte Romanæ Ecclesie Subdiaconi, & Notarii. V. Idus Januarii, Indictione XI. Incarnationis Dominicæ an. MCLXIII. Pontif. verò Alexandri Papæ III. an. IV.

De Sepulchris inibi confirmande de libertate.

Decretum. pro indemnitate bonorum.

Annus cens. sedis Apost. perfolvendus.

Solite clausula penales.

Alexandri PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

Dat. die 22. Januarii anno Dom. 1163. Pont. ann. IV.

Ex Tom. II. Monast. Angl.

Exordium.

rum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotio- ni, & extremæ voluntati, nisi excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obstat: salvâ canonicâ justitiâ illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione atque sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi canonicâ justitiâ. Ad indicium autem hujusmodi a Sede Apostolicâ perceptæ protectionis duos solidos nobis nostrisque successoribus singulis annis perfolvetis. Si qua igitur in futurum, ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem Ecclesie sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. EGO ALEXANDER Catholicæ Ecclesie Episc. Ego Ubalduus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem. Ego Ubalduus Ostiensis Episc. Ego Jacintus Diac. Card. S. Marie in Cosmedin. Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Anastasie. Ego Gualterius Albanensis Episcopus. Ego Albertus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina. Ego Guillelmus tit. S. Petri ad Vincula Presb. Card. Ego Otto Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tull. Ego Boso Diaconus Cardinalis sanctorum Cosmæ & Damiani. Ego Cintiarius Diac. Card. sancti Adriani, Datum Senonis per manum Hermanni, sancte Romanæ Ecclesie Subdiaconi & Notarii, XI. Kal. Februarii Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno MCLXIII. Pontificatus verò Domini Alexandri PP. III. anno IV.

X.

Confirmatio bonorum omnium, ac pertinentiarum Monasterii de Rorsham, quod sub protectione Sedis Apostolicæ subijcitur.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Bernardo Priori Monasterii sancte Fidis de Norsham, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium, ne fortè ejuslibet temeritatis incurfus aut eos a propo-

sito revocet, aut robur, quod absit, sacre Religionis infringat. Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris justis postulacionibus clementer annuimus, & prefatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alii justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Villam de Norsham cum hominibus terris memoribus pascuis, & pertinentiis suis, quemadmodum Robertus filius Walteri, & filii ejus, vobis dederunt; & Hospitale ejusdem villæ, quod habetis a fratribus hospitalis Jerusalem, cum nemore & omnibus pertinentiis suis, terram de Kuddaham, cum omnibus pertinentiis suis, quam Sibilla Uxor prefati Roberti vobis dedit, Ecclesiam de Norsham, & Ecclesiam de Bor: In Lundeniis Ecclesiam sancte Margarete cum omnibus terris, quas in eadem villa Robertus filius Walteri vobis in elemosinam dedit: Decimas quoque de Alretuna, de Sibetuna, de Gulwerstuna, de Colerbo, de Relmigham, de Colostuna, de Flemewerda, de Wdetuna, de Semera, de Tikebzon, de Terham, de Storlei, de Cranesforda, de Benges, de Stramingham, de Ludaham, de Dalingah, de Stantuna, de Sarlingaham, de Sutburna, de Adelingetuna, de Ghor, de Stribili, de Stocos, de Hoa, de Sotesham, de Wittuella, & terram de Odetuna, & omnes terras & domos, quæ vobis in Norwico, & Germanuta in elemosina rationabiliter sunt concessa: Molendinum de Baldrufella, & tresdecim solidos in Kareseja, & in Buccheshala: Molendinum Dalraforda, terram quam Symon Pecchi vobis in elemosinam dedit, terram Radulfi de Berveverda, terram quam vobis dedit Willielmus de Chorzo in Bischele, terras quoque quas Willielmus Bardulfus vobis dedit in Strecham, & in Spicafurda, terram quam Baldwinus filius Guidonis vobis dedit in Ruchingaham, terram quam Hugo de Duillers vobis dedit in Kalaxaforda, terram de Nunterston, quam Ricardus filius Gaufridi vobis dedit, & salinas quas Willielmus Strabo vobis dedit in Kinnaham: redditum quem Radulfus filius Baldwini vobis dedit, & terram de Rendringlat, quam Willielmus de Bisnei vobis dedit. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi canonicâ justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata

Monasterium hoc sub protectione Sedis Apost. recipit;

Bonaque omnia eidem confirmat.

Decretum. pro immunitate eorumdem bonorum.

Penæ contra violatores Privilegii hujus.

Alexandri PP. & S. R. E. Card. sub-
scriptions.

Dat. die 26.
Maji anno
Dom. 1163.
Pont. ann. IV.

Monast. hoc
sub postoli-
ca recipit pro-
tectione.

Bonaque om-
nia confirmat.

trata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Cor-
pore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris no-
stri Jesu Christi aliena fiat, atque in extre-
mo examine districtæ ultioni subiaceat; Cunctis
autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Do-
mini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum
bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judi-
cem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

- EGO ALEXANDER Catholica Ecclesie Episcopus scilicet.
- Ego Ubaldus Ostiensis Episcopus scilicet.
- Ego Bernardus Portuensis, & sanctæ Rufinæ Episcopus scilicet.
- Ego Gualterus Albanensis Episcopus scilicet.
- Ego Ubaldus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem scilicet.
- Ego Henricus Presb. Card. tit. sanctorum Nerei & Achillei scilicet.
- Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Anastasie scilicet.
- Ego Guillelmus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula scilicet.
- Ego Jacintus sanctæ Mariæ in Cosmedin Diac. Card. scilicet.
- Ego Otto Diac. Card. sancti Nicolai in Carcere Tulliano scilicet.
- Ego Ardicio Diac. Card. sancti Theodori scilicet.

XI.
Confirmatio honorum omnium Monasterii Beate
Mariæ de Shyrborne, quod sub protec-
tione Sedis Apostolicæ recipitur.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, di-
lecto filio Clementi Abbati beate Mariæ de
Shyrborne, ejusque fratribus, tam præsentibus
quàm futuris, regularem vitam professis, in per-
petuum.

Religiosam vitam eligentibus Apostoli-
cum convenit adesse presidium, ne forte
cujuslibet temeritatis incursum aut eos a proposito
revocet, aut robur, quod abest, sacræ Religionis
infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, ve-
stris justis postulationibus clementer annuimus,
& præfatum Monasterium, in quo divino manci-
pati estis obsequio, sub beati Petri & nostræ
protectione suscipimus, & præsentis scripti pri-
vilegio communimus; Statuentes, ut quascumque
possessiones, quacumque bona idem Monaste-
rium impræsentiarum iustè & canonicè possidet,
aut in futurum concessione Pontificum, largiti-
one Regum vel Principum, oblatione fidelium,
seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit ad-
ipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illi-
bata permanent; In quibus hæc propriis duxi-
mus exprimenda vocabulis: Ecclesiam scilicet
parochialem sanctæ Mariæ de Shyrborne, quam
idem Abbas tenet in præbendam a Sarisburiensi
Ecclesia, cum cappellis, terris, decimis, & ad-
jacentiis suis: terras, hospites, & domos censua-
les in eadem villa Shyrborn: Stapelbugg cum
Ecclesia ejusdem villæ, cappellis terris & om-

nibus adjacentiis suis: Westonam cum omnibus
pertinentiis suis: Hortonam cum Ecclesia ejus-
dem villæ, & capella de Onolton eidem Eccle-
siæ adjacenti, cum terris decimis & omnibus per-
tinentiis suis, cappellam sanctæ Trinitatis de
Watham, & domos censuales in eadem villa
cum terris decimis & omnibus pertinentiis suis:
Ecclesiam sanctæ Mariæ de Wynborne, & do-
mos censuales in eadem villa: partem terræ,
& cappellam, quam habetis in Manerio de Kin-
geston: Ecclesiam sanctæ Mariæ Magdalene sitam
juxta castrum Sherborne cum cappellis sancti Mi-
chaelis & sancti Probi, & omnibus pertinentiis
suis: Molendinum in villa Shyrborne juxta Cap-
pellam sancti Andree, & vivarium proximum,
eidem molendino, & decimis omnium vivario-
rum tam de anguillis quàm de cæteris piscibus,
& decimam vini de vinea ejusdem villæ Shyr-
borne: Manerium de Woborne cum cappella
ejusdem villæ & terris decimis & omnibus perti-
nentiis suis: Comptonam, & aliam Comptonam
cum cappellis decimis & omnibus pertinentiis
suis: Manerium de Ehorneford cum cappella ter-
ris decimis & omnibus pertinentiis suis: Mane-
rium de Bradford cum Ecclesia ejusdem villæ, &
cappellis terris decimis & omnibus pertinentiis:
Wycam & Loscombe cum omnibus pertinentiis
suis: Dalthestoke cum Ecclesia ejusdem villæ, &
cappellis terris decimis & omnibus pertinentiis
suis: Corundunam & Ritheritoke cum omnibus
pertinentiis suis: Corecumbam & Ecclesiam
ejusdem villæ cum cappellis terris decimis &
omnibus pertinentiis suis: Stoke cum Ecclesia
ejusdem villæ & cappellis terris decimis & omni-
bus pertinentiis suis: Bromlegam, & Laverstok-
am cum omnibus pertinentiis suis: Lym cum
Ecclesia ejusdem villæ & cappellis terris decimis
& omnibus pertinentiis suis: Setonam cum
Ecclesia ejusdem villæ cum cappellis terris
decimis salinis & omnibus pertinentiis suis:
Beram cum omnibus pertinentiis suis: Lytle-
ham cum Ecclesia ejusdem villæ & terris deci-
mis & omnibus pertinentiis suis: Conswillam
cum Ecclesia ejusdem villæ & terris decimis &
omnibus pertinentiis suis: Bromlegam & Stiw-
ke cum omnibus pertinentiis suis: Ecclesiam san-
ctæ Mariæ de Cadweli cum cappellis terris deci-
mis & omnibus pertinentiis suis: Ecclesiam san-
cti Ismaelis de Pennalt cum terris decimis & om-
nibus pertinentiis suis: Ecclesiam sancti Eltwy-
ci de Penbyay cum terris decimis & omnibus
pertinentiis suis. Obeunte verò te, nunc ejus-
dem loci Abbate, vel tuorum quolibet successo-
rum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu
violentia præponatur, nisi quem fratres commu-
ni consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, se-
cundum Dei timorem, & beati Benedicti regu-
lam, providerint eligendum. Sepulturam quo-
que illius Locj liberam esse concedimus, ut eo-
rum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic
sepeliri deliberaverint, nisi forte excommuni-
cati vel interdicti sint, nullus obstat: salvâ
tamen justitiâ parochialium Ecclesiarum, a qui-
bus mortuorum corpora assumuntur. Decerni-
mus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præ-
fatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus
possessiones auferre, vel ablatas retinere, mi-
nuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed
illibata omnia & integra conserventur, eorum,
pro

Abbatem per
Monachos e-
ligendum de-
clarat:

Sepulturam
quoque mi-
bi fore libe-
ram.

Decretum
pro indemni-
tate Monaste-
rii ejusdem
cum solitiis
causaliis.

Dat. die 5.
Junii anno
Dom. 1163.
Pont. ann. IV.

Ex Archiv.
Monast. bu-
larius edidit
Lucius les-
cit. numero
CCCCXXXIX.

Exordium.

Monast. sub
protectione
Sedis Apost.
recipiens.

Bona omnia
confirmat.

pro quorum gubernatione ac sustentatione con-
cessa sunt, vobis omnimodis profutura: salvâ
Sedis Apostolicæ autoritate, & Dicoecani Epi-
scopi canonicâ justitiâ. Si qua ergo in futurum
ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ con-
stitutionis paginam sciens, contra eam temerè
venire temptaverit, secundo tertiove commonita,
nisi præsumptionem suam congrua satisfactione
correxerit, potestatis honorisque sui dignitate ca-
reat, reamque se divino judicio existere de per-
petrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo
Corpore & Sanguine Domini Redemptoris nostri
Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo exa-
mine districtæ ultioni subiaceat; Cunctis autem
eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domi-
ni nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum
bonæ actionis percipiant, & apud districtum Ju-
dicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Turon. per manum Hermannii fan-
ctæ Romanæ Ecclesie Subdiaconi, & Notarii,
Non. Junii, Indictione XI. Incarnationis Domi-
nicæ MCLXIII. Pontificatus Domni Alexandri
Papæ III. anno IV.

XII.

Confirmatio privilegiorum Monasterii
Canigonensis.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, di-
lectis filiis, Raymundo Abbati Monasterii sancti
Martini Canigonensis, ejusque fratribus tam
præsentibus quàm futuris, regularem vitam
professis, in perpetuum.

Quotiens illud a nobis petitur, quod rati-
oni & honestati convenire dinosci-
tur, animo nos decet libenti con-
cedere, & petentium desideriis congruum imper-
tiri subsidium. Eapropter, dilecti in Domino
filii, vestris justis postulationibus annuimus, &
præfatum Monasterium S. Martini Canigonensis,
quod utique juris & proprietatis beati Pe-
tri existit, ad exemplar prædecessoris nostri fe-
licis memorie Sergii Papæ, sub beati Petri & no-
stra protectione suscipimus, & præsentis scripti
privilegio communimus: In primis siquidem sta-
tuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum
Deum, & B. Benedicti regulam in eodem Mo-
nasterio noscitur institutus, futuris temporibus
inviolabiliter observetur. Præterea quascumque
possessiones, quacumque bona idem Monasterium
impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in
futurum concessione Pontificum, largitione Re-
gum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis
justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma
vobis vestrisque successoribus & illibata perma-
neant: In quibus hæc propriis duximus expri-
menda vocabulis: Locum, quem Guifre-
dus Comes bonæ memorie vobis dedit, in quo
ipsum Monasterium situm est, cum decimis &
primitiis eidem Monasterio concessis, Ecclesiam
sancti Saturnini de Verneto cum decimis & pri-
mitiis & omni libertate sua, villam de Verne-
to cum terminis & pertinentiis, villam de Ode-
lo cum terminis & pertinentiis suis, & quicquid

Guifredus Comes, vel alii Christianifideles in villa
& Parochia de Marchexanes præfato Monaste-
rio contulerunt, Ecclesiam sancti Vincentii de
Elz cum decimis primitiis alodiis & obla-
tionibus suis, prædia possessiones & alodia
in Parochia sanctæ Mariæ de Marcevol, prædia
possessiones & alodia in Parochia sanctæ Eula-
liæ de Arbofols, prædia possessiones & alodia
in Parochia sanctæ Columbe de Triliano, præ-
dia possessiones & alodia in Parochia sancti
Stephani de Saorra, prædia possessiones & alo-
dia in Parochia sanctæ Eulaliæ de Foliano, præ-
dia possessiones & alodia in Parochia sancti
Martini de Ascaro, prædia possessiones & alo-
dia in Parochia sancti Jacobi de Anyer, præ-
dia possessiones & alodia in Parochia de Bel-
loco, prædia possessiones & alodia in Parro-
chia sancti Cosmæ de Sagdaniano, prædia pos-
sessiones & alodia in Parochia sancti Marcelli
de Flucano, alodia quæ habetis in Celrano Aure-
liano & Guiffano cum omnibus pertinentiis suis,
prædia quæ habetis in villa de Esna, & in Parochia
sancti Stephani de Egued, in Parochia sanctæ
Columbe de Avidano, in Parochia sancti Sa-
turnini de Targuesona, in Parochia sancti Vin-
centii de Villa-alta, in Parochia de Edorres,
in Parochia sancti Gennesi de Ezerr, in Parro-
chia sanctæ Leocadiæ de Darna-collecta, in
Parochia sancti Juliani de Estanar, & in villa
de Bajanda, in Parochia sancti Martini de IX,
in Parochia sancti Vincentii de Exaneda, in
Parochia sancti Martini de Arao, in Parochia
sancti Stephani de Euvils, Ecclesiam sanctæ Fi-
dei de Taltorta cum omnibus pertinentiis suis,
& quicquid juris habetis in Parochia sancti Pe-
tri de Alp, in Parochia sanctæ Murie de Mo-
foll, in Parochia sancti Laurentii de Adas, &
in Parochia sancti Saturnini de Faustiano, de-
cimas & primitias & jura, quæ habetis in Ec-
clesia sancti Martini de Casafabra, & in ejus Pa-
rochia: alodia & possessiones in Parochia san-
cti Stephani de Illa, & in Parochia de Ponti-
liano, Ecclesiam sancti Romani cum omnibus
pertinentiis suis: prædia possessiones & alodia
in Parochia sancti Martini de Caneto, & in
villa sancti Laurentii, in villa sancti Felicis, &
in Parochia de Corbera, & in Parochia san-
ctæ Eulaliæ de Millars: insuper quicquid juris
habetis in Comitatu Bisuldunensi, Ceritanensi,
Confluentensi, Rossilonensi. Christma verò Oleum
sanctum, consecrationes Altarium seu Basilica-
rum, ordinationes Monachorum vel Clericorum,
qui ad sacros ordines fuerint promovendi, be-
nedictionem Abbatis, & cætera ecclesiastica Sa-
cramenta, a Dicoecano suscipietis Episcopo, si
quidem catholicus fuerit, & gratiam Sedis Apo-
stolicæ habuerit, & ea gratis & absque pravi-
tate aliqua vobis voluerit exhibere; alioquin
liceat vobis, quemcumque catholicum malueri-
tis, adire Antistitem, qui nimirum nostra fultus
auctoritate, quod postulat, indulgeat. Sepultu-
ram quoque ipsius loci liberam esse concedimus,
ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui
se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excom-
municati vel interdicti fuerint, nullus obstat:
salvâ matricis Ecclesie justitiâ, aliarumque Ec-
clesiarum, a quibus mortuorum corpora assumun-
tur. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate,
vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi quali-

Privilegia
nonnulla con-
cedit.

Abbatem a
Monachis eli-
gi constituit.